Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



53

Nimis profunde factum est cogitatio nostra. quod cum quis cogitando inuenire non possit
abiit iudicia tua. O profundum diuitiarum et sapientiae et scientiae dei. dixit ego cum
ecclesiaste. dixi sapiens efficiar et ipsa longius facta est a me longius multo quam
erat. & profunda quis inuenire potest. ecclesiaste. quod dicit hoc est. ante quam cogi
tationem meam in operem ponere non uidebam magnificentiam dei. Dixi sapiens efficiar
hoc est dixi debeo quaerere rationes singularum causarum et ipsa longe facta est
a me longius multo quam erat. hoc est sapientia quam ante nos inquirens ignorabam.
postea quaerere coepi inuenire non potera. Vir insipiens non cognoscet et stultus
non intellegit haec. quicumque non est christianus et in operibus non intellegit creatorem iste in
sipiens est.
Cum gentes fuerint peccatores sicut fenum. Vidisti imperatores uidisti praefectos
uidisti praesides. uidisti uictores. et triumphos. heri fuit et hodie non est.
& apparuerint omnes qui operantur iniquitatem ut intereant in saecula saeculi.
heri apparuit quasi flos. hodie flos ipse non comparet. heri iuncus erat et hodie
siccatus est. Vbi est illa pulchritudo. nihil bonum est. nisi quod perit. quod
cum quis finem habet nec inter bona numeratum est. Quid enim prodest. si heri ipse fuerit
fui et hodie sum memor ior. Quid prodest. si ante dies esse cum rex fui et hodie non cor morior
Omne quod praeteritum est et finem habet nihil est. unusquisque nostrum de secto uenit ad hanc
uitam. alius matrem et reliquid. alius filios. alius uxorem. alius parentes.
Recordemur infantiae nostrae. recordemur adulescentiae. recordemur quoda li
quando habuimus diuitias. et unusquisque pueribus suis habuit quod potuit.
Ecce transiuimus ad hanc uitam ubi sunt illa omnia cogitatione magis dolore facium quam uolun
tatem. Nihil est tuum quod bonum nisi quod perit. Tuam altissimum nec numquam dne
quia ecce inimici tui dne peribunt et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.
Si peribunt quomodo dispergentur. quibus mens et peribit et dispergi non potest. debuit di
cere ecce dispergentur et peribunt. Quod ergo dicit hoc est inimici tui dne peribunt
cum omnes tribus subiecti fuerint. omnis qui inimicus tuus fuerit. postea efficitur
amicus. hoc est non peribit homo sed peribit inimicus. qui inimicus fuit amicus
erit. et sic peribit inimicus. Quia ecce inimici tui peribunt et dispergentur omnes
qui operantur iniquitatem. quomodo isti simul sunt gratiosum est. Sic si pecca
tores simul fuerint quasi pessima congregatio est. Quanto enim plures simul fue
rint tanto peiores erunt. denique eo tempore quo turris aedificatur contra
dominum dispergebantur in utilitatem suam consensus eorum malus fuit. dispersio uero
profuit illis ipsis quibus dispersi sunt. & exaltabitur sicut unicornis cornu meum
Semper cornum in gnoponitur. Inter inimicos nostros uertitabimus,